



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illo qui seipsum & sibi commissos corrigere neglexerit. cciii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

aduersum memoratos prolatam fuisse sententiam eisdem communicare tentauerint.

Si aliquis ex ecclesiastico ordine excommunicatus fuerit, & communicare præsumpserit, se ipsum damnat. Cap. CC.

Item placuit vniuerso concilio, vt qui excommunicatus fuerit pro suo neglectu, siue episcopus, siue quilibet clericus, & tempore excommunicationis suæ ante audientiam communionem præsumpserit, ipse in se damnationis iudicetur protulisse sententiam.

*Ex cōcil.
Africa.
cap. 29.*

*De ordinatis, si aliquis illorum percussor extiterit.
Caput CCI.*

His, à quibus domini sacramenta tractantur, iudicium sanguinis agitare non licet. Et ideo magnopere talis excessus prohibendus est, nec in discreto præsumptionis motibus agitati, aut quòd morte plectendum est, sententia propria iudicare præsumant, aut truncationes quibuslibet personis aut per se inferant, aut inferendas præcipiant. Quòd si quisquam horum immemor præceptorum, aut in Ecclesiæ suæ familiis, aut in quibuslibet personis tale aliquid perpetraverit, & concessi ordinis honore priuetur, & loco sub perpetuæ damnationis religetur ergastulo. Cui tamen communio exeunti de hac vita nõ neganda est, propter domini misericordiam.

*Ex cōcil.
Mogūti.
cap. 6.*

De episcopis sua manu cædentibus. Cap. CCII.

Non liceat episcopo manibus suis aliquè cædere. Hoc enim alienum à sacerdote esse debet.

*Ex decr.
Bonifacii
papæ.*

De episcopo qui seipsum & sibi commissos corrigere neglexerit. Cap. CCIII.

Qui nec regiminis in se rationem habuit, nec sua delicta deter sit, nec crimen filiorum correxit, canis impudicus magis dicendus est, quàm episcopus.

Gre. dic.

De eadem re. Cap. CCIII.

Vtiliximia per cinerem humidum fluens lauat & non lauatur: ita bona doctrina per malum doctorem animas credentium lauat à sorde peccatorum.

*Ex dictis
Hieron.*